



Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvvm Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

73 Sacerdotes Dei honorare & causis Clericorum se non immiscere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](#)

7. Casimirus Polonorum Dux cùm sibi per Egidium Mutinensem Episcopum à Lucio III. Rom. Pontif. offerrentur S. Floriani Reliquiaz, ad septem ferè milliaria à Cracouia cùm ingenti omnis generis hominum multitudine obuiam processit.

Cromerus lib. 6.

8. Heraclius Imp. deuictis Persis, Lignum Dominicæ Crucis, quod Cosroës Rex Persarum, captis Hierosolymis, ante 14. annos abstulerat (ex Calvariaz loco, vbi ab Helena fuerat constitutum) suis detulit humeris in montem Calvariaz, & admonitus à Zacharia Antistite, yt, abiecto regio cultu, in ferenda Crucem Christum imitaretur: mutata veste triumphali, auro gemmisque intexta, nudis calcibus humiliiter Crucem tulit, in eumque locum reposuit, vnde fuerat à Persis sublata. Cospinus. Consule Bellarm. in Controuersia de Reliquiis Sanctorum lib. 2. cap. 3. & de Imaginibus Sanc-
rum lib. 2. cap. 27.

SIGNVM LXXIII.

SACERDOTES DEI HONORARE, ET
causis Clericorum se non immiscere.

SI Ethnici, si Philosophi, imò si Barbari magni suos Sacerdotes superstitiones estimarunt, mirum non est Magistratus Christianos, veros Dei Ministros magni estimare, ac reuereri. Vide de pietate. Si illi (vt Arist. docet 6. Polit. cap. 8.) communis ciuitatis lare & foco suos Sacerdotes honorificè aluerint, cur nos decimas, & sancta Altaris munera ipsis denegaremus? I. Cor. 9. Matth. 11. O Ierusalem, &c. Vide Confessionem Hocij cap. 14. S. Ambrosius ad Imp. Theodosium: Si de causis pecun

Egi-
Rom.
septē
is ge-
cessit.
Domi-
captis
(Cal-)
fuss
dmo-
o cul-
muta-
ta, ni-
mque
a. Cu-
liquis
andu-

pecuniarījs Comites tuos consulis, quanto magis
in caussa Religionis Sacerdotes Domini æquum
est cōsulas? Licet Episcopi tempore S. Augustini,
&c. caussas inter laicos iudicarent, Proconsules
tamen Præfectique Prouinciarum nullatenus
prosris immiscebant se caussis Clericorum, li-
cet aliquando pro eisdem ad Episcopos litteras
scriberent commendatitias. Baron. Tom. 5. pag.
62.

SIGNVM LXXIV.

SACRILEGIA GRAVISSIME

Sacrilegios
punire.

HAc enim expressè contra Diuini Numinis
reuerentiam committuntur; ideoque diuinis-
tus, seu inuisibili manu Dei sāpe vindicantur.

1. *Philistai* maximis calamitatibus diuinitus
oppressi fuere, quod Arcam Domini indignè tra-
stāssent, & nisi eam breui remisissent, periculum
erat, ne omnes vsque ad internecionem deleren-
tur. Vnde post septem menses eam cum honore
restituere: quo factō plaga cessauit. 1. Reg. 5. & 6.

2. Cum *Bethsamite* Arcam Domini curiosè &
parum reuerenter contra præceptum Diuinum,
cap. 4. *Numer.* expressum intruti essent, imperfecti
ex Primoribus 70. viri, & ex plebeijs quinquagin-
ta millia, Diuino Numine etiam conspectum cu-
rioso morte vlciscente. 1. Reg. 6.

3. *Balthasar Rex Chaldaeorum*, cùm vasa sacra
professi iussisset, & ex illis cum suis Optimatibus
& concubinis potaret, repente vltionem Diui-
nam sensit. Nam in medio conuiuio, & comessan-

M m m 5 ciun